Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



110

mul contristaretur
& non fuit. & qui
consolaretur &
non inueni.
Et dederunt in esca
meam fel. & in sit
ti mea potauerunt
me aceto.
Fiat mensa eorum
coram ipsis in laque
um. & in retribu
tiones & in scanda
lum.
Obscurentur oculi
eorum ne uideant.
& dorsum eorum
semper incur
ua.
Effunde super eos
iram tuam. & fu
ror irae tuae com
prehendat eos.
Fiat habitatio eorum
deserta. & in taber
naculis eorum non
sit qui inhabitet.
Quoniam quem tu
percussisti persecu
ti sunt. & super

Oblatum est illi fel cum aceto mixtum. ut reuera sacra iudaeorum amaritudo potionis indicaret. Ipse enim dixit. sitio. quia fidem inipsis desiderauit inuenire. Illi obtulerunt amarissimos mores. qui nulla compunctione conuersi sunt.

Optatur poena ne uideant uerissimum solem. et hoc illis euenit. qui nimio delictorum pondere pregrauati. ceruicem suam in terram cernuli semper incuruant. nec eis in caelum respiciendi possibilitas datur. Dorsum dictum. quasi descendens deorsum.

Fuit habitatio deserta. cum cuncta hierusalem frequentia captiuitate deleta est. Tabernacula. id est dei templum. uel regis palatium. sine cultore remanserunt.

Mensa dni est utriusq. legis intellectualis epulatio. quae coram ipsis gentibus tradita est. ut grauius tolerent ademptae felicitate. In laqueum scilicet. ut delitescere inquit alios astringere conabantur. ipsi in eam potius caderent obligati. Retributio malorum fuit. quod subtractae illa mensa et gentibus tradita. scandalum. quae deserentes pacem. sibi concitabant rixas.

Cum dicitur effundens. magnitudo irae significatur. quae in more fluminis copiosa descendit. apprehendet eos furor. quasi damnatos et territo. ut non liceat effugere. quod datur proceleribus sustinere.

Dese haec xps adpatre loquitur de sua passione. quia percussum id est concessum. persecuti sunt. sibi q. traditi detestabili feritate negauerunt. Addider